

Homo natus de muliere breui viuens se pote repletur multis miseriis qui quasi flos egreditur et conteritur et fugit  
Velut umbra et nunquam in eodem statu permanet

Vado mori genitus de sanguine nobiliori Nec gen' inducas dat michi Vado mori



### Mors

Episcope pastor dignitatis  
Non obstante vestra prelatura  
Nullo bono statim gaudebitis  
quicquid vobis dederit natura  
Vestrum factum statim aduentura  
Retro dorsum vestrum mors vult  
De subditis nunc res est visura  
Alta scandens non tutus ambulat

### Episcopus

Neum nequit cor letificari  
Audiendo quid mors vult dicere  
Michi dicens oportet te mori  
Veni tua debita soluere  
Hoc vult iudex supremus audire  
quid huic dicam iudici dubito  
Tunc totus statutus facit mors transire  
Totum perit excepto merito

### Mors

Festinate nobilis scutifer  
Qui noscitis modos chorearum  
Choream nunc vult summus legisser  
Vobis dare post sonum tubarum  
Nil sub celo quin sit transitum  
Vos igitur decet accedere  
Post mortuos sic choreaturum  
Nichil mortem potest euadere

### Scutifer

Si me tenet mors suis laqueis  
Me deceat ad minus dicere  
Duo verba complicibus meis  
quos solebam choreis ducere  
Valete vos memores facere  
Vota pro me deum supplicando  
quod me saluet nos oportet vere  
Omnes mori sed nescimus quando.